

Sammelband 19



IOAN. CASELII

EPISTOLA,

Ad magnificum & nobilissimum virum,

THEODORICVM Behr, in

Stelchte/etc. Illustrissimi Ducis Lu-

næburg. Consiliarium præ-

cipuum.

Προεξιμμάτιον.

Τὴν κυχῶν μάλ' ἐγνήθει ἀνώξ σοφὸς ἀινότερον δὲ
 ὡς τύχε παιδεύῃ κλειῆ Ἀριστέλης,
 παῖδι ἢ αὐτὸς ἐὼ φέρπτεσθ' ὁ Βήριε, ἔλθεον
 ἠτρεῖν ὡς περὶ πρῶτον μὲν ὁσεβείης,
 εἴτ' ἄλλης σοφίης καλοῖς ἐνὶ γαστρίμασ' ἄριστον
 ἀνδ' βουλεύστω ΗΛΙΟΤ ἔδρε ΚΑΣΙΝ.

*Αλλο.

Pelidæ ad cineres præconem optabat Homerum

Māgnus ad has laudes Ilias ipsa quid est?

M. B.

GOSLARIÆ

Ex officina typographica Joannis Vogdij.

ANNO M. DC. XI.

IOAN. CASELIUS
THEODORICO BEHR

salutem dicit.

Am pridem dare ad te litteras vltro volui, quibus tibi meam in gentem Behriorum obseruantiam testatam facerem: in nobilissimis enim semper habui Behrios: cuius ego generosæ familiæ nonnullos ab annis etiam pluribus noui: non ex opulencia solum, quam plerique mortales suspiciunt, sed ex generis vetustate, quæ singulare decus & certum argumentum virtutis habetur passim gentium: at multò magis ex vestra humanitate & perpetuo erga bonos beneficentiæ studio. Vtrobique eximia laude floretis, tum apud longè abhinc ultra mare sitos in Liuonia Curlandos, tum in his ad Herciniam, & prope Allarim & Visurgim regionibus. Non falsa est nobilitas, quæ fluxerit è diuitijs & potentia, quod hæc sine virtute neque nasci posse videntur, neque propagari: sed verior est nobilitas, quam cultus humanitatis sine fastu, & merita sine herili dominatu commendant: cuiusmodi vestra est, accepta talis.

lis à maioribus, ut peculiaris hæreditas, jamq; à
te, generosoq; fratre tuo, I O A N N E B E H R I O,
propagatur & condecoratur. Quæ cum me nõ
fugerët, animaduertit quoq; mihi amicissimus
Martinus Baremius, vir ad primè religiosus, &
multiplici bona doctrina clarus: cumq; se ad
vos obseruãdos convertisset, non solum vestris
laudibus inseruendum putauit, sed missis ad
nosijs, quæ ipse eleganter ad te & eruditè scri-
pserat, me quoq; eõdem invitare cæpit: ut vos
suspicerem voluit, cum vos antea, ut paucos ve-
stri ordinis, colerem, quod multis quoq; Verdæ
innotuit, idemq; fortè ad vestras aures peruene-
rit: quod spontè facere non detrectarem, non
putaram, tum monente Baremio, negligèdum,
sed partim obstabat valetudo, partim tibi im-
portunus esse nolebam, neq; videri alijs, quære-
re quidquam, præter benevolentiam vestram,
qui vobis non nisi animi mei obseruantiam o-
stenderem, unde hoc forte nasceretur boni, vt
studia sapientiæ auctoritate & opibus vestris su-
bleuaretis promptius, & benefaceretis, si vnum
atq; alterum beneficiis ornãdos vobis ostende-
rem: Soleo enim, ipse tenuior, ita esse beneficus,
ut quibus bene fieri cupiam, ex alijs procurem:

A 2 quem

quemadmodum faciat, cuius riuuli exaruerint,
qui sitientes ad vicini fontem ablegare non re-
uereatur. Faveo enim non solum ingenijs, sed
bono publico maxime: illa enim reip, educan-
da cēseo: neq; minus recte faciat, qui consilium
ad rem, quàm qui opis aliquid conferat. Hoc
cum te virum sapientem quoq; sentire non du-
bitem, nunc demū aliquid ad te dare ausus fui:
nec hoc scribendi officium differre ulterius de-
bui, proficiscente ad te domestico meo, Henri-
co Vrotelio. Aiebat enim te, cum in patriam ve-
nisset, per homines doctissimos secum de unici-
flioli educatione egisse sedulò & liberaliter: ne-
que sibi esse integrum absq; meis litteris, siue te-
stimonio, adire istam educationis prouinciam,
quam iuuenis ab omni parte & haud difficulter
tuebitur, ipse à puero, in patria primùm, & por-
rò in academia Iulia annis quoq; pluribus in lit-
teris ad officium educatus. Huius autem ipse si-
gnum præfert, quo nihil esse censeo verius, mo-
destiam, Operam suã primùm hîc egregiè pro-
bavit Græcarum litterarum interpreti Rudol-
pho Diepholdio; cuius parentem, virum doctū
& industrium, vobis quoq; familiarē & carum
fuisse audio: cum & mihi Vrotelius esset satis fa-
milia-

miliaris: apud me vixit ex eo tempore cum la-
quali doctissimo Conrado Hornejo, simul vt est
sent dies noctesq; in Græcis Latinisq; omnis ge-
neris scriptoribus. Quod ego iccirco tibi refero,
ut maiori etiam ipsum usui tibi fore, si velis,
intelligas. Non enim dubito, te hominem do-
ctissimum, nō solum versatum in omni genere
litterarum, sed cultissimarum regionū, quas ad-
ieris, peritissimū, vel ipsum legere quotidie, vel
ex alijs sciscitari, q̄ scire audeas. Non minus enim
sapientiæ dediti in hoc genere auari sunt, quā
opum, qui se Pluto, quæ est insania mortalium,
addixerint, quantò p̄stantior est sapientia eiusq;
maior usus, quā caterarum rerum caducarū
omnium. In hoc genere operam tibi nauare &
possit, & velit, & hero benefico debeat: hæc. n.
studia cum sibi etiam in ista tenui fortuna sum-
psisset, in ijs confirmatus à me fuit: aiebā enim,
qui medio loco vitā agere posset, idq; rectū esse
& tutissimum didicisset, neq; apud animū am-
plius dubitaret, ei deniq; pauca sufficere, nec
defutura necessaria, neq; patronos. Recte igitur
te primum sibi oblatum, apprehendit: quē tu
recte quoq; in clientelam acceperis, eoq; com-
modo tuo, ut auguror, recte uteris. Libet mihi
adfer-


adferre ex exemplis, quæ in numero plura habeo, unicum, quod leges, ubi vacabit, in Crusio de meo, quem tibi cum his litteris censendum mitto; Adamus enim Crusius eques Megapolitanus, cum jam uxore duxisset, ac præterea negotia non solum domestica, sed publica quoque tractaret, recordans studiorum adolescentiæ, juvenem pereruditum hinc ad se accersivit, cuius opera plures ille menses domi hoc pacto uteretur: etiam se referebat magno studio ad Græcas litteras: breui quoque ita proficiebat, ut ipse legeret incomparabilem illum & celebratum à veteribus humanæ vitæ informatorem: Poëtam dico: itemque diuinum illum Stagiritam, Qui genus humanum ingenio superauit, & omnes Præstinxit stellas, exortus ut ætherius sol: quæ enim de altero cecinit Lucretius, ad hunc veriùs omnique jure referemus. At verò ego te non doceo, quid facias, sed quod facis prædico, augurans simul, quod facturus es, quantum negotia tibi permittent. Te autem & fratrem tuum in ordine equestri hoc magis veneror, quod pauciores sunt vestri similes. Vellem plures plusquam primoribus labris degustarent studia sapientiæ: ita & ipsi commodius sanctiusque viuerent, & plus inferuissent patriæ


& generi mortalium. Potius maior inuito mihi dolenti querela nascitur, quod oriri video, qui cū attigissent litteras, quibus jam ipsi multum debeant, splendorem tamen & pompas & vitæ delicias rerum veritati & commodo publico non obscure præferunt, etiam injurij in cultores sapientiæ, quibus suum locum negant: quin de ijs amoliendis cogitant, de quibus ornandis consilium caperent rectissime: ex quo perverso instituto nihil boni ominari reip. & posteritati possimus. Vos autem scientiarum, virtutis & publici boni studium & ipsi porro tuebimini, & quemadmodum filios uestros nõ ad umbras rerum educandos curatis, ita auctores eritis similis consilij viris fortunatis, & quos ab errare animaduertetis, in viam, & exemplo vestro, & optimis rationibus, reuocabitis. Vale. Helmæstadio ex acad. Julia. Kalend. Decembris. C L C X I.

et generis in ortaliis, Fortis maior iunior mi-
hi dolenti puella nascitur, quod cum video
qui est arduus litteris quibus iam ipse mal-
tum debeat, splendorem tantum & pompam &
vix delicias totum venturam & commodo publi-
co non obdure praesertim, etiam in iuri in cul-
tores sapientiae, quibus tantum locum negant;
cum deus amolendis cogitant, de quibus or-
bandis consilium capere rectissime: ex quo
periculo salutare nihil boni omnino recipere
possunt potius. Verum in scientiarum
vitiis & publicis boni studium & ipsi porro
in vitiis, & quicquid hodie huius vestros no-
et in vitiis totum educandos curare, ita in so-
scitis huius consilii vitiis formatae, & quos
et erant animas ducere in vitam, & exemplo
vitiis & operum rationibus, tenocipia. De-
in. Etiam hodie ex arch. Julia. Kaland. De-
campar. C. D. C. X. I.









HB. 153147

ULB Halle

005 134 730


3




R

UDPA







B.I.G.

Farbkarte #13

CASELI
O L A,

obilissimum virum,
I C V M Behr. in
trissimi Ducis Lu-
liarium præ-
im.

λάτιον.
ε Κοφός, αἰνότερον δὲ
λεινὸν Ἀριστοτέλους,
ἄνευ, ἄλλον
ἔμψυχο Ἀσκήσις,
ἔμψυχο Ἀριστον
ἔμψυχο ΚΑΣΙΝ.

optabat Homerum
es Ilias ipsa quid est
M. B.

ARIAE.
nica Joannis Vogdij.
M. DC. XI.

